

Heinrich Rudolph Redecker Johannes Heinrich Stephani

Examen iuris ...

Primum :

Rostochi[i]: Richelius, 1664

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735273324>

Band (Druck) Freier  Zugang



RU jurist. 13. Juli 1664
Redeker, Heinr. Rudolph. /c

I. N. D.

EXAMEN JURIS ^{229.}
PRIMUM, ⁹ ^{xxvii}

SUB PRÆSIDIO

DN. D. HENRICI RUDOLPHI
REDEKERI,

Prof. Publ. Facult. Jur. p. t. Decani,

Sereniss. Duc. Mechl. Consiliarii, & Consistorii
Provincialis Assessoris,

Publica disquisitioni submitit

JOHANNES HEINRICUS
STEPHANI,

Cüstrin: Neo-Marchici,

In Auditorio Majori,

d. 13. Julii.

I. D. 208. 3.



ROSTOCHI

Typis JOHANNIS RICHELII,

Senat. Typographi.


Anno clō Iōc LXIV.

1664

EXAMEN JURIS

UND HANDEL

Prof. Dr. ...
Rostock





I. N. D.

Examen Primum,

Respon-
dente
JOHAN:
HEINR.
STEPHA-
NI, Cüstr.
NeOM.

1. Quid est Corpus Juris?



St totum aliquod
integrale, ex co-
hærentibus inter
le jurium libris, ti-
tulis, legibus, aut
capitibus constans, l. un. C. de
Res ux. act. junctâ l. 30. ff. de Usur.

3. Quot habes Partes Ju-
ris Civilis?

Quatuor: Institutiones,
Pandectas, Codicem & No-
vellas; quibus præter aliorum
Imperatorum constitutiones
Jus Feudale postea accessit.

2. Quotuplex est Corpus
Juris?

Duplex: Civile, das gemeine
beschriebene Kånserliche Recht/
quod continet leges ab Im-
peratore Justiniano compo-
sitas aut promulgatas, §. 1. pro-
æm. Inst. & Canonicum, das
Påbstliche Recht / à Canone,
qui regulam significat, ita di-
ctum, quod ex statutis Conci-
liorum, dictis Patrum, & de-
cretis Pontificum est colle-
ctum. c. 2, 3, dist. 1,

4. Quid sunt Institutio-
nes Juris?

Institutiones vocantur etiã
Instituta l. 3. §. 12. C. de V. J. E.
& sunt totius legitimæ scien-
tiæ prima elementa, quatuor
libris, per titulos & paragra-
phos distinctis, comprehensa
§. 4. proæm. Inst.

5. Quid sunt Pandectæ?

Pandectæ seu Digesta à Sal-
vio Juliano ita primum adin-
venta & nominata Alciat. in
Rubr. C. de Edend. sunt volumen
quingvagina libris distin-
ctum

A

2
ctum veterem prudentiam
& præprimis Jus receptum, se-
cundum seriem Edicti perpe-
tui, continens §. 2. *Instit. proæm.*
junct. l. 2. ff. de stat. hom.

6. *Quid intelligis per vete-
rem prudentiam?*

Leges n. tt. Leges, Plebi-
scita, Senatus Consulta, Magi-
stratum Edicta, & Responsa
prudentum, & quædam Re-
scripta Principum membra-
tim in D. relata: i. e. *C. de V. J. E.*

7. *Quodnam vocas Jus
receptum?*

Quod opponitur Juri Con-
stituto seu Constitutionibus
Principum, & omni illi quod
necessitas constituit, vide,
l. pen. ff. de L. L. Schnob. Disp. w.
1. ib. 10.

8. *Unde dicitur Codex?*

A Caudice, seu trunco ar-
boris, qui præbebat ligna fis-
silia vel tabellas, ex quibus
folia librorum conficieban-
tur, & ita sumitur hæc vox
Metonymicè. Codex autem
denotat librum in quo res or-
dine describuntur, vid. *Be-
skman. orig. voc.*

9. *Quid est Codex juris?*

Volumen duodecim libros
continens, in quibus sub vari-
is titulis Imperatorum con-
stitutiones sunt dispositæ.

10. *Quot fuerunt Co-
dices?*

Ante tempora Justiniani
fuerunt tres Codices, quo-
rum duos priores duo privati
homines, Gregorianus & Her-
mogenianus sub Diocletiano
congresserunt, in quibus Prin-
cipum constitutiones usque
ad Constantinum continen-
tur: Tertium addidit The-
odosius Imperator, in quem
à Constantino ad suum usque
Imperium constitutiones re-
tulit, quorum hic adhuc inte-
ger, ex illis autem fragmenta
duntaxat extant. Ex his trib.
Codicibus Justinianus Codi-
cem Justinianum confici cu-
ravit *Constit. de Nov. Cod. fac.*
quem tamen paulo post sustu-
lit, surrogato in ejus locum
Codice repetitæ prælectio-
nis, quo hodiè utimur, *Constit.*
de Emend. Codic.

11. *Quis*

11. *Quis est ordo temporum in his tribus juris partibus?*

Anno 527. Calend. April. Imperator Justinianus Imperio praefectus est, Anno 529. Codicem Justinianicum ex Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano confectum, confirmavit, qui tantum valuit ad breve tempus. Deinde Anno 530. Pandectas compilari jussit, sub quarum compilatione forte An. 532. Institutiones componi jussit, quibus simul cum illis 30. Decembr. An. 533. robur dedit, promulgavit tamen Institutiones 21. Novembr. & Digesta 16. Decembr. Anno 533. Postea 15. Novembr. An. 534. Codicem repetitae pralectionis edidit, qui tamen 29. Decembr. demum publicum robur accepit.

12. *Quomodo tempora illa discernuntur?*

Per Indictiones, Constitutionibus de compilando jure subnotatis, quae dicuntur Germ. Römer Zinszahl / &

singula tria lustra continent, illisque finitis recurrunt, incipit autem quavis indictio non cum novo anno, sed 8. Cal. Octob. vel 24. Septemb. Covarr. l. 1. Obs. 12. n. 6.

13. *Quomodo inquiritur Indictio?*

Per antiquum versiculum: Si per quindenos Domini divideris annos * [notatur. His verbis adjunctis indictio certa*

14. *An Leges Codicis derogant Legibus Pandectarum?*

Non: Quia omnes leges Codicis repetitae pralectionis, sunt legibus Pandectarum tempore priores, ergo illis derogare haud poterunt l. fin. ff. de Const. Princ. Post editionem n. Pandectarum, quatuor tantum Constitutiones sunt editae & nostro Codici insertae ut l. 2. de Praef. Praet. Afr. l. fin. C. de Jure Jur. pp. cal. l. fin. C. de Testam. l. fin. C. de Caduc. toll. Franzk. in Proem. ff. n. 17. Coniz. l. 1. lect. sube. c. 7. Inde tamen non sequitur inter leges Codicis & Pandectarum separa-

4
tim consideratas nullam pla-
nè esse dissonantiam, quoni-
am partim humana fragili-
tas, partim etiam quod Justi-
nianus voluit, ut novæ Con-
stitutiones Leges Pandecta-
rum moderarentur, illud
haud permittit, *Const. de Emend.
Inst. Cod. vid. Göeb. Peric: Acad.
l. 9. 2.*

15. *Quid sunt Novella?*

Sunt Constitutiones, post
compositionem Pandectarū,
Codicis, & Institutionum, à
Justiniano promulgatæ, & à
Studio quodam congestæ.

16. *Cur Novella Leonis
non habent vim legis?*

(1) Quia non sunt receptæ,
& (2) ridicula juxta & ini-
qua continent. Vid. *Nov. Le-
on. 55. & 56.*

17. *Quid sunt Authent?*

Sunt vel Constitutiones
Friderici, vel epitome ex No-
vellis Justiniani desumptæ &
legibus convenientibus sub-
jectæ. De quibus tamen si
controversia oriatur, recur-
rendum ad fontes, *Horom. Q. Q.
Ill. 4. Rittersh. in Expos. Nov. p. 13.
c. 4. n. 8.*

18. *Quid est Jus Feudale?*

Rapsodia quædam, con-
tinens constitutiones quo-
rundam Imperatorum, Re-
sponsa Prudentum, Mores
Longobardorum & Medio-
lanensium, aliarumq; Italiæ
urbium, sine ordine à priva-
to quodam homine conscri-
pta, hodiè vim juris habens
Duar. de Feud. l. 1. c. 4.

19. *Quot habes partes Cor-
poris Canonici?*

Tres: Decretum, Decre-
tales, & Institutiones.

20. *Quid sunt Decreta?*

Constitutiones Ecclesiasti-
cæ ad nullius petitionem vel
consultationem factæ, *c. gene-
rali 25. q. 1.*

21. *Quot sunt partes De-
cretorum?*

Tres: (1) continet 101. di-
stinctiones, (2) causas 36. cui
tractatus de pœnitentia est
insertus, (3) distinctiones 5.
de Consecratione

22. *Quid sunt Decretales?*

Sunt Epistolæ quas sum-
mus Pontifex vel solus vel ex
Consilio

Consilio Cardinalium, aliquo interpellante, emisit, *gl. inc. omnes d. 3. c. 1. X. de Rescriptis, in Canonicis, dist. 19.*

23 Quot sunt partes Decretalium?

Hodiè sex: (1) Constitutiones Pontificum Jussu Gregorii à Raymundo ejus pœnitentiario quinque libris collectæ, quæ dicuntur in specie decretales, vel libri extra, quia sunt extra decretum. (2) Liber sextus Decretalium, qui iterum continet quinque libros constitutionum Papalium, jussu Bonifacii collectarum. (3) Clementinæ, à Clemente V. præsertim in Concilio Viennensi editæ, quas Johannes 22. cum ille morte præventus esset, edidit. (4) Extravagantes Johannis 22. (5) Extravagantes communes, quæ sunt constitutiones diversorum Pontificum postea collectarum, & (6) liber septimus Decretalium, qui continet constitutiones Pontificum post extravagantes editas,

à Petro Matthæi Jcto collectas, & olim Cardin. Cajet. inscriptas.

24. Quæ sunt Institutiones Juris Canonici?

Quas Paulus IV. per Joh. Paulum Lancellottum scribi jussit.

25. Quomodo Jus Can. respondet Juri Civili?

Decretum Gratiani, Pandectis: Decretales, Codici: Clementinæ & Extravagantes, Novellis: & Institutiones Lancellotti, Institutionibus Justinianeis.

26. Quæ sunt tempora Juris Canonici?

Circa Annum 1557. Gratianus Monachus sub Eugenio tertio DECRETUM composuit, quod Anno 1180. à Gregorio XIII. est comprobatum & Anno 1182. publicatum. Decretales autem Raymundus Pœnitentiarius Gregorii 9. c. j^o jussu compilavit, quibus 1207 Bonifacius Papa adjunxit librum sextum decretalium. Postea Clemens V. aliquot

A 3 con-

6
constitutiones promulgavit, quas Johannes XXII. Anno 1317 publicavit. Coeterum ipse Johannes 12. aliquas Constitutiones edidit, quæ dicuntur Extravagantes Johannis 22. Dein subsequentiū Pontificum Constitutiones editæ, dicuntur extravagantes communes. Anno 1530. tandem Paul. IV. per Lancelottum scribi iussit Institutiones, quibus novissime accessit liber VII. Decretalium.

27. *Quomodo utimur Iure Canonico in rebus reformatæ Ecclesiæ?*

Non in respectum auctoritatis Pontificalis, sed quatenus Juri naturali, Divino, & Civili conveniens, moribus populi & stylo Curia est receptum.

28 *Quid est stylus curia?*

Est observatio quædam iudicii, diversis actibus confirmata.

Examen Institutionum.

Ad Proœmium.

29: *Quomodo dividuntur Institutiones?*

In Proœmium & tractatum ipsum.

30: *Quare Proœmium est præmissum?*

(1) Quia ex primordio posterior quoque formatur rei eventus l. 1. C. de Impon. lucrat. deser. (2) libentius ad lectionem propositæ materiæ perducit l. 1. de C. f. & (3) evidentiorē præstat intellectum d. l. 1.

31: *Quid continetur in Proœmio?*

1. Epigraphæ seu inscriptio titularis (2) Exordium quod consideratur in thesi & hypothesi pr. §. 1. 2. 3. (3) Propositio §. 4. (4) Confirmatio (§) Epilogus §. ult.

32. *Cur in vocatio Divini nominis est præmissa?*

1. Quoniam in nomine Domini ad omnia consilia omnesque actus semper progredien-

progrediendam l. 2. C. de Praef. Prat. Afr. (2) legumq; principium ac finis ab invocatione divini numinis auspicandum Nov. 6. 17. 85. l. 1. 2. C. d. t. (3) ut Imperator publice testaretur se Imperium à DEO permissive, formaliter & effective habere Nov. 73. in Praefat. l. 1. C. de V. J. E. Proverb. 8. v. 15. Quam confessionem Christiani Principes ex gloria & dignitate sua esse reputant, quando titulis suis præmittunt NOS DEI GRATIA R. J. de Anno 1442, pp. 1495. S. Ehrwürdig.

33. Quo Jure Principes Imperii hoc Symbolo utantur?

Quatenus sunt Status Imperii & de summa Imperii dignitate participant, & (2) sua territoria non ex mera Imperatoris gratia sed majorum virtute acquisita tenent, tantumq; (3) in illis possunt jure territoriali, quantum Imperator in Imperio Jure Majestatis.

34. Quomodo ex Gratia Dei potest competere quod Successione, Electione, aut alio modo acquiritur?

Ipsa potestas distinguenda est à modo acqvirendi & habendi, quemadmodum titulus à re legaliter distat i. i. de Acquir. rer. Dom.

35. Quid est Imperator?

Non est Dux belli, arg. S. 2. de Jur. Pers. sed persona habilis, ad Imperii regimen Electorum suffragio evecta.

36. Unde dicitur Justinianus?

Non à Justitia, nec Justino Patre adoptivo, sed proprio nomine à Patre suo naturali ita dictus est; ab avunculo tñ. suo Justino Calend. April Anno 527. in consortium Imperii est cooptatus, quo mortuo Calend. Augusti solus regnare cœpit.

37. Quanam est Patria Justiniani?

Pannonia, ab Hunnis ceu antiquis inhabitatoribus, hodie

die Hungaria dicta, quam dulcissimam laudat Patriam, Nov. 11. §. Cum igitur.

38. Fuitne Iustinianus stupidus & illiteratus?

Neg: quia alias non ausus fuisset tam intrepide scribere, (1) se Institutiones legisse & recognovisse §. 6. Instit. Proem. (2) se investigando & perscrutando dubia emendasse l. 2. in fin. pr. C. de V. J. E. testatur id (3) Johannes Episcopus Rom: in l. 8. C. de Summ. Trin. Procop. l. 3. de bell. Goth. Platinain vit. Bonifac. II.

39. Fuitne ita crudelis, ut Belisarium belli ducem oculis privavit?

Neg: quoniam apud probatos scriptores nullum ejus rei testimonium reperitur, Alciat. lib. 4. parerg. 24.

40. Fuitne plus aequo uxorius?

Neg: Nam Leges in favorem sexus muliebris latas, non in gratiam Theodoræ,

sed quod justissimæ & æquissimæ essent, promulgavit, sunt enim mulieres personæ miserabiles, leg. 12. §. 1. C. qui pot. in pign. §. 4. J. de Sc. Teriyll. imbecilles l. 23. C. de nupt. mul-tisq; captionibus expositæ, l. 2. §. 3. ad Sc. Vell.

41. Quanam sunt illæ Leges?

L. 23. C. de Nupt. l. 20. C. de donat. ante nupt. l. 29. cum l. seq. C. de J. D. l. un. C. de Rei Ux. act. l. 4. C. de lib. præter. l. 12. C. qui pot. in pign. Nov. 134. c. 10.

42. Cur Imperatores dicuntur semper Augusti?

Ab Octavio cui illud nomen à Senatu est impositum, & ita boni ominis & augurii causa ad Successores translatum est, quamvis hodie etiam officium Imperantis respiciat, quare idiomate germanico dicuntur: Allezeit Mehrer des Reichs/ vid. l. 3. ff. de Off. Præf. Vigil.

Ad

Ad Principium Procem:
Instituit.

43. Quid est Imperatoria
Majestas?

Majestas à magnitudine dicta, est Summa Potestas administrandi rempublicam Imperatori competens; dicitur etiam Principalis Majestas l. 7 ff ad L. Jul. Maj: quoniam Princeps in jure justiniano, ubi imperii status fuit simpliciter monarchicus, denotat tantum Imperatorem b. & l. 31. ff. de LL. s. i. ff. de Consti. Princ.

44. Circa qua versatur
Majestas Imperatoris?

Circa jura imperii, quæ dicuntur jura majestatis, & sacra regni.

45. Quotuplicia illa sunt?

Pro ratione moderni imperii status, vel sunt Imperatori cum Statibus communia, & ita totum imperii corpus respiciunt, vel sunt reservata solius Imperatoris, german: Kaysers reservaten und Hoheiten.

46. Quodnam est officium
Imperatoris?

Consiliis laboribusque pro toto terrarum orbe vigilare, l. 4. C. de quadr. prescript. & ita tempore belli & pacis, armis ac legibus recte gubernare pr. b. quia summa Reipubl. tutio, à stirpe duarum rerum provenit, nempe armis & legibus Consti. summa C. de Justin. Cod. confirm. Nov. 24. pr. Nov. 25. in fin. pr. & Nov. 26. c. 1. in fin.

47. Quid sunt arma?

Arma ab armis potius quam arcendo dicta, sunt apparatus bellici quibus nos defendimus, l. 3. pr. & §. 2. ff. de vi & vi arm: §. recuperanda Inst. de interd.

48. Quid est Lex?

Regula actuum moralium præcipiens facienda & prohibens non facienda l. 2. ff. de LL.

49. Quid est Bellum?

Est status legitime certantium Groc. de Jur. Pac. & Bell. c. 1; vel est publicorum armorum justa contentio Alber. Gentil. de Jur. bell. c. 2. vel est dissidium, hostium arma sibi mutuo inferenti-

B

ferentium ritè prius indictū.
Et ita hic excluduntur rebel-
les, latrones & prædones l. 118.
de V. S. l. 24. ff. de capt. & postl. rev.

50. *Quotuplex est bellum?*

[1] Publicum & civile: Il-
lud est quod Respublicæ sibi
mutuo indicunt d. l. 118. Hoc
iterum triplex (1) quando ci-
ves inter se bellum excitant,
l. pen. C. ad L. Jul. Maj. (2) aut
rebelles contra Magistratum
insurgunt l. 3. ff. ad L. Jul. de vi
publ. vel (3) Princeps tyranni-
cè in suos subditos sævit,
Bo. h. de secur. & salvo cond. § 113.

[2] Aliud offensivum aliud
defensivum, quorum hoc ta-
men non tam est bellū quam
defensio omni jure compe-
tens l. 3. ff. de J. & J.

51. *Quomodo calumnianti-
um iniquitates expelluntur?*

Quando per legitimos tra-
mites h. e. judicia bene con-
stituta, non tantū omnis
ingenii malitia & perversa ju-
ris civilis interpretatio coër-
cetur, l. 19. ff. ad exhib. l. 40. ff.
de cond. indeb. l. 233. de V. S. ve-
rum etiam de manu calum-

niatorum vi oppressi, pere-
grini, viduæ, & pupilli libe-
rantur c. *Regum 23. q. 5.*

Ad §. 1.

52. *Quinam dicuntur in
jure barbari?*

Qui Imperio Romano non
parent l. 2. C. *que res expor. l. 2.*
C. *que res ven. non poss.* quibusq;
opponuntur devoti seu im-
perii subditi, Gl. ad l. 2. C. de
commere. qui, quā non sunt ser-
vi, per constitutionem Anto-
nini omnes cives Romani ef-
fecti sunt l. 17. ff. *de his qui sunt
sui vel al.*

53. *Quid sunt Provinciae?*

Provinciae q. procul victæ,
sunt regiones extra Italiam
imperio parentes, quæ qua-
tenus erant Cæsaris, habebant
Præsides, quatenus autem Se-
natus, habebant Proconsules
& Legatos t. t. *de off. Præs. & t.*
t. de off. Procons. & Legat.

54. *Eueruntne omnes ter-
rarum populi unquam
sub Imp. Romano?*

Non, est enim Synechdo-
chica locutio, totius scil. pro
parte

parte, quando hic omnium populorum fit mentio, & ita etiam in l. 9. ff. ad L. Rhod. de jactu Imperator mundi Dominus dicitur, nunquam enim totusterrarum orbis Romam adoravit.

55. *Quæ est differentia inter promulgare & componere Leges?*

Promulgantur leges quando publicantur, componuntur quando in ordinem rediguntur, ita promulgamus nostras, & componimus alienas Cujac. b.

Ad §. 2.

56. *Quando Justinianus sacras constitutiones in luculentam crexit consonantiam?*

Quando ex tribus Codicibus, Constitutionum seu Rescriptorum Imperatoriarum, Gregoriano scil. Hermogeniano & Theodosiano, Codicem Justinianum conscribi jussit, hoc iterum sublato, Codicem repetitæ prælectionis, quo hodie utimur, duodecim libris comprehendit.

57. *Quomodo immensa veteris prudentia volumina reduxit?*

Quando duo pene millia librorum & trecentas myriades versuum, enucleavit, & quinquaginta libris ac quindecim myriadibus versuum complexus est, illosq; in septem partes distribuit, *Constit. dedit nobis. de confirm. ff. qua est l. 3. §. 1. C. de V. J. E.* unde recte vocatur Jus enucleatum *Rubr. C. d. e.*

58. *Quomodo Digesta dividit Glossæ?*

In Digestum vetus quod continet libr. 24. tit. 105. Infortiatum quod habet lib. 14. tit. 105. & Novum quod libr. 12. tit. 175. comprehendit. Sed hæc divisio uti privata est opinionis, ita nullius auctoritatis.

Ad §. 3.

59. *Quorum opera usus est Justinianus in compilando jure?*

Compilationi ff. sedecim præfecit viros in l. 3. §. 9. C. de V. J. E. Codicis Justiniani X.
 B *a* *in Constit.*

in *Constitut. de Nov. Cod. fac. §. 1.*
 Codicis repetita prælectionis
 V. in *Const. de Emend. Cod. §. 2.*
 & Institutionū tres in *b. §.* nomi-
 natos. Quos inter tn. Tri-
 bonian⁹ directoriū sustinuit.

60. *Rectene imputatur Tri-
 boniano quod Leges pro lu-
 bitu fixerit ac reflexerit!*

Neg: quia optimo sinceri-
 tatis ministerio & vigilantis-
 simi animi gubernatione om-
 nia perfecit *l. 1. §. 3. l. 2. pr.*
§. 9. II. C. de V. J. E. reprehendi
 tamen forte posset ob ni-
 miam festinationem, quando
 intra triennium absolvit, ad
 quod integrū decenniū habe-
 bat indultum *l. 2. §. 12. C. d. r.*

61. *Quodnam est verum
 officium Antecessorū seu
 Professorum?*

Ut laudabilem in se probis
 moribus vitam monstrent,
 docendi peritiam, dicendi
 facundiā, interpretandi sub-
 tilitatem & disserendi copi-
 am se habere patefaciant, *l. un.*
C. de Prof. qui in urb. Const. lib. 12.
 qui enim nunquam publicè

aut privitam disputant, nec
 cupidam legum juventutem
 exercent, tanquam ignavum
 pec⁹ merito à pastu arcentur,
 quia nec antecedunt, nec
 profitentur.

62. *Quodnam est officium
 Consiliarū?*

Solertia, legum scientia,
 & fides circa iussiones Principum,
 ex rerum argumentis
 comprobata.

63. *Nililne perperam aut
 inutile positum in cor-
 pore Juris?*

Affirmatur ex intentione
 legislatoris, non autem ex
 mole operis & mortalitatis
 imbecillitate.

64. *Quot annos studio Ju-
 ris Justinianus præscripsit?*

Quinquennium, & studiosos
 primo anno vocavit novos Ju-
 stinianeos, secundo Edictales,
 tertio Papinianistas, quarto
 Lytas, quinto Prolytas, *Const.*
de Jur. doc. rar. hodie licet Jus
 Canonicū accefferit, non tn.
 ex annis, sed ex industria & e-
 ruditione tempora illa modo
 exten-

extenduntur, modo restrin-
guntur R.I. de An. 1654. §. 28.

Ad §. 4.

**65. Unde Institutiones
sunt explicanda?**

Ex Pandectis & Codice.

Ad §. 5.

**66 Quid intelligis in hoc §.
per jus quod antea obtinebat?**

i. Tum illud quod a veterib⁹
Jctis continuo usu est reten-
tum, & ad nos translatum, l.
36. ff. de Pa. l. ult. C. unde vi. l. 1.
§. 19. de A. P. l. 91. §. 3 ff. de V.
O. §. 7. J. de obl. que q. ex contr.
nasc. inde Regulæ Juris, dicun-
tur juris antiqui Rubr. de Reg.
Jur. idem Jus antiquum &
vetus vocatur §. 1. proam. l. 1. S
postea C. de veter. Jur. enuel. 2.
tum illud quod olim obtinuit
& in desuetudinem abiit, re-
tentum tamen & utile, quate-
nus ad novi juris intellectum
conducit, l. 1. §. 9. C. d. r. l. fin. §.
13. C. de Jur. delib. §. 1. Inst. de re-
stem. ord. c. 9. dist. 37.

**67. Quid intelligis per jus
quod desuetudine inum-
bratum & postea illu-
minatum est?**

18
Illud quod neglectum qui-
dem, sed ab Imperatore Justi-
niano reparatum & in usum
reductum est Nov. 1. §. 1. quo
etiam referimus decisiones,
quibus veteris juris alterna-
tiones placavit §. ult. J. de li-
bert. junct. §. 34. de R. D.

Ad §. 6.

**68. Quanam est authori-
tas Institutionum?**

Eadem quam habent con-
stitutiones Principū: quam-
vis enim ex Caji (qui tempo-
re Hadriani floruit, l. 7. de
Reb. dub.) institutionibus, re-
busve quotidianis & aliorum
commentariis sint composi-
tæ, tamen Imperator uti illas
specialiter componi jussit §. 3.
h. ita easdem legit, recogno-
vit, & plenissimum robur il-
lis addidit suarum constitu-
tionum l. 2. §. 11. C. de V. J. E.

**69. An itaq; ex nudâ opini-
one & placito Justiniani
Institutiones valent?**

Non, sed exemplo Severi
Imper: a viris gloriosis usu &
experientia edoctis, illos for-

B 3 mari

mari & probari voluit. Nam Pomponio teste in l. 2. §. 13. de O. J. per Jctos jus in melius quotidie producitur, nec sine illis res magnæ in repb. ritè geri possunt, l. 1. de Ven. in sp. l. pen. & ult. C. ubi caus. stat. l. 2. C. de pedan. Judic. l. 9. §. 1. de mun. & hon. unde Justinianus juris compositioni, non tantùm curiales & patritios, verum etiam antecessores illustres præfecit, §. 3. b.

Ad §. ult.

70. Quodnam est præmium alacris studii?

Quod eruditos spes voveat indubia promotionis, ex legum enim doctrina optimi fiunt justitiæ & Reip. ministri Constitui. de Jur. doc. rat. §. ultim. qvatenus juris & judiciorum ratio maximum est vinculum Reipubl.

71. Estne certa ætas in jure definita qua quis Jcti titulo insigniri possit?

Non, qvia Nerva filius & Celsus publice de jure responderunt, cum accederent ple-

nam pubertatem seu 18. ætatis annum l. 1. pr. ff. de postula, l. 91. §. 3. de VO qvoniã non annorum numerus, sed juris scientia & notitia Jurisperiti titulũ meretur, l. 11. §. 1. C. de Advoc. d. R. l. de An: 1654 §. 28.

72. Quotuplex est juris interpretatio?

Triplex (1) Authentica, qvã Legislator legem explicat, abrogat, aut legi derogat l. 9. pr. C. de LL. Nov. 143. (2) Judicialis, qva Judex leges cum ratione obveneritibus casib⁹ applicat, adeoq; hæc desumitur à consvetudine & Stylo curiæ l. 32. d. 1. l. 34. de R. J. & (3) doctrinalis qva Professor Juris in Scholis utitur, qvæ iterum est declarativa, extensiva, & restrictiva. Reink. de Reg. Sec. & Eccl. l. 2. cl. 2. c. 9. Franzk. ad. ut. ff. de LL. n. 7. & seqq.

73. Quo ordine seu methodo Jus in Scholis tradendum?

Qvoniã Jus est disciplina practica, per se, & qvate-

237.
nus uti prudentia considera-
tur, ordinem analyticum exi-
git, h. e. ut à fine intensivè,
progrediamur; per subjectū
& media ad finem executivè,
quia omnis actio propter cer-
tum finem suscipitur *Arist. 1. Eth. 1.*
ad quem consequen-
dum subjecto & mediis opus
est. Quod etiam Imperator
Justinianus probe observavit.

**74. Sed nonne etiam me-
thodus Synthetica in iure
usum habet?**

Singulæ materiæ optimè
per methodum Syntheticam
seu per causarum genera di-
sponuntur, quod ipse etiam
Justinianus probat *arg. in. 7. de suspect. tur. & eatenus We-
senbecius in iii. 1. ff. defendi-
tur à reprehensione Bachov.*

**75. Quomodo singula le-
ges sunt explicanda?**

Secundum analysin juris
quæ hacten⁹ diversa est ab a-
nalyssi logica, eamq; veteres
Jcti sequenti versiculo non
imperite comprehendunt:

15
*Premitto, scindo, summo, casumq;
figuro,
Connozo, do causas, perlego &
objicio.*

**76. Nonne etiam ordo po-
lemicus & axiomaticus
à DD. observatur?**

Aff. Illo enim utimur in
discutiendis quæstionib⁹ con-
troversis, per causas dubitan-
di, decidendi & respondendi,
rerum argumenta ponderan-
do: *Hoc autem quando axio-
mata & regulas ex jure desum-
ptas, secundum suas amplia-
tiones & restrictiones inter-
pretamur.*

**77. Quid præcipuè in inter-
pretatione ll. & ss. debet
attendere Professor?**

Tria: verba, mentem & ratio-
nem legis. Verba sunt extrinse-
cum quid, quæ rem signifi-
cant *l. 7. de suppell. leg. caq;* vel
sunt naturalia vel civilia, &
quadruplicem admittunt si-
gnificationem, propriam, im-
propriam seu abusivam quo
etiam refertur tropica, usua-
lem

lem, & interpretativam, quæ à scripto ad non scriptum argumentatur. *Mens* est intrinsecum quid, seu ipsa anima legis, quæ potius quam verba attendenda l. 16 ff. de LL. *Ratio* est ipsa causa finalis quæ legislatorem movit, ut legem poneret, quæ, ut ut nos tum propter temporis diuturnitatem, tum propter rerum circumstantias possit latere, quominus eam reddere possim⁹ tamen semper subest l. 20 ff. de LL. Cæterum distinguendū etiam videtur inter rationē juris constituendi & inter rationem juris constituti, uti enim illa est causa finalis quæ legislatorem movit, ita hæc est ipsa mens legis, seu voluntas & intentio Legislatoris, secundū quam, non autē propter quam aliquid præcepit.

78. *Quenam est connexio titulorum libri primi Institutionum?*

Finis juris vel est intermedius ut *Juris prudentia*, vel ultim⁹ ut *Justitia* iii. 1. cui⁹ media sunt *Jus naturale, gentiū & civile* quod

versatur circa *personas, res & actiones* iii. 2. Personæ dividuntur vel de jure gentium in homines liberos & servos, iii. 3. illi vel sunt ingenui iii. 4. vel libertini seu manumissi iii. 5. manumissioni autem obstat L. *Ælia Sentia* iii. 6. & L. *Fufia Caninia* iii. 7. vel de Jure Civili quæ sunt sui vel alieni juris, ita servi in potestate dominica iii. 8. liberi in potestate patria sunt iii. 9. quæ constituitur nuptiis & legitimatione iii. 10. vel adoptione iii. 11. dissolvitur iii. 12. sui juris, vel sunt absolutè tales, vel in tutela iii. 13. quæ est testamentaria iii. 14. vel legitima iii. 15. quæ per capitis diminutionē quidem tollitur iii. 16. interpretativè tamen datur iii. 17. 18. 19. vel dativa iii. 20. ejusque forma consistit in autoritate tutorum, iii. 21. donec solvatur iii. 22. finitâ tutelâ, sequitur cura iii. 23. quam sequuntur tres tituli communēs tutelæ & curæ, ut satisfactio iii. 24. excusatio iii. 25. & suspecti remotio iii. 26.

Examen



Sedulus in mediam dum jam descendis
arenam.

Defendis Juris, SVAVIS AMICE, theses;
Et sic firma tui studii fundamenta mon-
strans

Mentis nunc promiss posterioris opes.
Maacte isthoc ausu! grator! post pergela-
bore

Qvo qveat ipsa tuo, MARCHICA TER-
RA frui.

Præmia digna fereshinc Tu, cum fœ-
nore multo,

Qvæ dare cultori svevit APOLLO suo.

Hæc pauca in honorem & amorem,
Nobilissimi ac Clarissimi

Domini JOHANNIS HENRICI STEPHANI,

J. U. Candidati meritissimi, Conterranei

suavissimi, Commensalis jucundissimi,

Amici Certissimi, fraternè-dilectissimi

L. Mq; f.

M. Christianus Bergemann

Neo-Ruppin. Marchicus.

Pre-

PReveniunt nulli sine Marte ac Arte Triumpho;
Certant temerè nulla corona datur:
Suscipiat fas est sed summos ille labores,
Qui capit ut maneant ulla brabea sibi
Rostochi laudem **JANNES** nunc quaris eandem
Sedulus, ingenii dexteritate tui.
Comprobat hoc doctum, quod vis defendere thema,
Immo Camenarum Praeses Apollo probat.
Exprime sic porro, tua spes jucunda parentum,
Quae ostendis cathedrâ, premia larga feres.

Ita Nobilissimo Clarissimo nec non Do-
ctissimo Dn. Respondenti J. U. Candi-
dato dignissimo Amico suo Certissimo,
Commensali suavissimo ex animo gra-
tulari voluit.

Johannes Michaelis,
Hollatus.





extenduntur, modo restrin-
guntur R.I. de An: 1654. §. 28.

Ad §. 4.

**65. Unde Institutiones
sunt explicanda?**

Ex Pandectis & Codice.

Ad §. 5.

**66 Quid intelligis in hoc §.
per jus quod antea obinebat?**

i. Tum illud quod à veterib^s
JCrts continuo usu est reten-
tum, & ad nos translatum, l.
36. ff. de Pacl. l. ult. C. unde vi. l. 1.
§. 19. de A. P. l. 91. §. 3 ff. de V.
O. §. 7. J. de obl. que q. ex contr.
nasc. inde Regulæ Juris, dicun-
tur juris antiqui Rubr. de Reg.
Jur. idem Jus antiquum &
vetus vocatur §. 1. proom. l. 1. S.
postea C. de veter. Jur. enuel. 2.
tum illud quod olim obtinuit
& in desuetudinem abiit, re-
tentum tamen & utile, quate-
nus ad novi juris intellectum
conducit, l. 1. §. 9. C. d. t. l. fin. §.
13. C. de Jur. delib. §. 1. Inst. de re-
stem. ord. c. 9. dist. 37.

**67. Quid intelligis per jus
quod desuetudine inum-
bratum & postea illu-
minatum est?**

Illud quod n
dem, sed ab Im
niano reparatu
reductum est N
etiam referim
quibus veteris
tiones placavi
bere, junct. §. 34.


Ad §.

**68. Quanam
tas Instituta**

Eadem quar
stitutiones Pri
vis enim ex Ca
re Hadriani fl
Reb. dub.) instit
busve quotidia
commentariis
tæ, tamen Imp
specialiter con
h. ita easdem l
vit, & plenissim
lis addidit sua
tionum l. 2. §.

**69. An itaque
one & placita
Institutione**

Non, sed ex
Imper: à viris g
experientia ed



256.